

hunc propheta frugum eius primitias appellauit. Quia ergo  
 propheta missus non priori populo. sed filius eiusdem populi  
 uerba intulit. ad aceruum frugum nouarum uenit. Quid  
 uero per chobar fluuium designetur. supra iam diximus. que  
 nequam modo repetimus. ne repetendo fastidium generemus;  
 Sequitur. **E**t sedi ibi ubi illi sedebant. et mansi ibi vii diebus.  
 merens in medio eorum. Notandum. captiuo populo ppha  
 scilicet quanta compassione se copulat. eorumque meroribus sedendo  
 et merendo coniungit. quia radix uerbi est uirtus operis. uille  
 sermo ab audiente liber <sup>enter</sup> acceptus. qui a predicante cum pas  
 sione animi proferatur. Sic ferrum cum ferro iungit. liquat  
 prius. ut postmodum uicissim a se ipso teneatur. Si enim pri  
 us minime mollescit. postmodum fortiter tenere non sufficit.  
 Sic propheta captiuo populo confedit. et merens in medio eorum  
 extitit. ut dum per caritatis gratiam condescendendo se ei molli  
 orem redderet. cum statim per uerbi fortitudinem terreret.  
 Sic <sup>sic</sup> in uero israheliticus populus. qui domus exasperans uocatur.  
 qui culpas nec inter flagella cognouit. nullo merore animam  
 depressit. ppha inter gaudentes merens sedere studuit. ut ta  
 cendo ostenderet. quid loquendo uenerat dicere. et prius quam  
 uerba faceret. in hoc quod merens tacuit. formam uerborum sup  
 sit. Sequitur. **C**um autem pertransissent vii dies. factum  
 est uerbum domini ad me dicens. In eo quod vii diebus merens sedit.  
 et post diem septimum uerba dominice iussione accepit. ut loqui  
 debuisset. aperte indicat. quia eiusdem diebus merendo tacuerat.  
 Missus autem ad predicandum fuerat. et tamen vii diebus sedens

Radice uerbi.

Exemplum de  
ferro.